



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corona Sacratissimorvm Jesu [Iesu] Christi Vulnervm

**Wael Van Vronesteyn, Willem de
Antverpiæ, 1649**

Omnis felicitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49125](#)

deficere ; rogavi itaque divinam misericordiam, ut de Salvatoris mei meritis, parum operibus meis adderetur; quod ubi factum, benignè pro me pronuntiavit Iudex. dixit, & beatam animam Deo reddidit, ac tanto pignore æternam fælicitatem obtinuit.

CONSIDERATIO IV.

*Vulnera Christi**Omnis felicitas.*

Illa hominum animis temeritas insidet, ut ex manuum nescio quibus notis, quæ eventura credunt, ominari non erubescant. Dicam ego cum Regio Propheta : *In te speravi Domine, dixi v.15.* Ps.30. Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.

Auditio nomine sortium : inquit Augustinus, non debemus sortilegos querere. Sors e-locum. In hunc nim non aliquid mali est. Quid igitur est, in manibus tuis sortes meæ? sortes dixit, quantum ego existimo, gratiam quâ salvi facti sumus, quæ ex Domini Iesu manibus, clavis in cruce confixis fluxit, fecitque

O 3 nos,

Ad Colos.
I. v. 12.

nos, ut Apostolus, ait, annumerari in partem fortis Sanctorum.

Proverb.
I6. v. 13.

Sortes mittuntur in sinum (in urnam interpretatur ex Hebreo Cornelius noster) & à Domino temperantur. Sinus hi, hæ urnæ sūt nobis vulnera Salvatoris, in quibus sortes nostræ ad felicitatē, salutem, ac bonū omne cōstituuntur, & à Domino tēperantur. Beatæ urnæ; felices sortes, fortunati hi, quibus, illis in sinubus, in illis urnis sors obtingit; obtinget autē omnibus, qui ad has urnas, ad hosce sinus, in necessitatibus suis divinæ voluntatis sortem expectant, quæ non potest non esse felix, ac beata.

In Athai. Refert Pausanias speculum ad tem-

I. 7. n. 50. plum Cereris fuisse expositum, in quo quisque, ubi odores accenderat, & ritè deam precatus fuerat, eventuram sibi sortem felicem, vel infelicem conspiceret. Fabula hæc est, & insanum dæmonis ludibrium. verissima specula nobis exhibent sacra Domini vulnera, in quibus infelicitas nulla, sed felicitas omnis demonstratur. Ludovicus Blous: *Melliflua Redemptoris nostri vulnera*, inquit,

Marg. Sp.
• 19.

quit, revera mundissimum speculum sunt. si quis illa cum Apostolo penetrare sciret, inveniret in eis, quidquid divinitas exhibere potest, quod est omnis beatitudinis, ac felicitatis complementum.

Monasterii, in Westphalia, matrona
In Hist.
Coll. Mon.
Soc. Iesu
an. 1599.
 quædam acatholica binos habebat filios, quos ea in urbe, Societati in scholis suis erudiendos commiserat. Vanitati hæc nimis addicta, ad speculum comebat, & componebat se crebriùs; quod cùm parvuli observant, crucifixum ex arula sua, materno speculo appendunt, quo spectaculo illa permota, atque in Salvatore suo vulnerato, quasi in purissima crystallo, fœditatem, atque errorem suum contemplata, hæresim ejurat, moresque mutat; à natis feliciùs immortali vitæ redditæ, quām eos ipsa in mortalem ediderat. Ita in divinis vulnerum Domini speculis fors & felicitas nostra constituta est. Id quod etiam edoctus à Deo est vir religiosissimus B. Henricus Sufo, è D. Dominici familia. Hic aliquando magnâ pressus tristitiâ, & de salute sua anxius, hanc de cœlo vocem audivit: Surge,

O 4 in-

*Corona Sacratissimorum
ingredere in vulnera mea , nam in his
felicitas tua unica consistit.*

CONSIDERATIO V.

Vulnera Christi

Auxilium animarum Purgatorij.

R. P. N. Iacobus Laines , secundus
Generalis Societatis Iesu sub
vitæ suæ finem, quidquid ad familiam
sibi à Deo committam , vel tuendam,
vel promovendam , ubique terrarum
facere posset , attentè circumspiciens,
impensè per litteras quædam rerum
capita commendavit ; inter quæ hoc
Francisc. Zach. To. 2. Hist. Soc. Iesu. in primis erat , ut quotidiè quamque fre-
quentissimè animarum , quæ in Purgatorio
igne cruciantur, studiosè omnes meminissent.
Nam quandoquidem Societas tantum exhau-
rit laboris , occupationibus tam multis , sive
litterarijs , sive spiritualibus , eo dumtaxat
consilio , ut homines , ad eternam felicitatem
consequendam juvet , quem ad finem creati ,
preiogiū tam grandi redempti sunt; consenta-
neum